484 Iustinopoli in quadam columna AUGUST. SIEDER. Iustinopoli in episcopatu RANNUSIO (cod. Manut. 5248). Iustinopoli GAMM. LIL. MARVL. RANNUSIO (cod. Manut. 5237). Postea Patavii in aedibus Rannusianis RANNUSIUS ALIIQUE. Deinde Ateste in hortis Contarenorum TOMMASINIUS, URSATUS. Nunc Veronae in museo n. 119. — Aquileiensem origine esse suspicatur FURLAN. — Lendinarae non longe ab Ateste repertam esse prope monasterium patrum minorum conventualium, dum via reficitur ad monasterium Benedictinarum scribit IAC. CATTANEO, haec addens: *fu riserbata per fare un piedistallo ad una statua d'Ercole nel prospetto del giardino della Braja Cattanea ne' borghi di questa città* (Lendinarae), *veduta da molti signori di fede e già portata altrove ... e si dice essere in Venezia.*

ISIDI
SACRVM
EX · MONIT
EIVS · D · D
L · VALERIVS
MEMOR
VI · VIR · AVG
L · D · P

Contuli Veronae. Capodistriae excepit Antiquus, quod exemplum proponunt Redianus f. 144' Terg. n. 34; Augustinus f. 17; Sanutus f. 146' Terg. n. 23; Valvassonius n. 13; Lilius f. 154'; Sieder n. 20; Gammarus f. 162'; Marulus n. 87. Ibidem collocat Paulus Rannusius qui postea sibi emptam Patavium abstulit, in epistula ad Manutium data 24 Sept. 155.. (cod. Vat. 5237 f. 67) et in libro Manutii 5248 p. 25 ubi praescribitur 'ex libro Paulli Rhemn.' Patavii descriptam dederunt idem Paulus Rannusius in add. ms. ad Scardeonium p. 85 et in codice Marciano inscriptionum suarum n. 10; Pinellius vel potius Pignorius in cod. Ambros. C. 61 inf. f. 43' (inde Grut. 82, 5 a Pinello; addit a Morillonio habuisse etiam Smetium errore, cum apud hunc non extet) eodemque exemplo Peiresc cod. Paris. 8958 f. 179'; Sirmondus cod. Paris. 1419 n. 379; Ateste Tommasinius de donar. p. 181 = manus aen. diluc. p. 43 ed. 1669 et Ursatus 1652 p. 262, 1678 p. 39. 69; Veronae Maffeius M. V. 84, 2 (inde Donat. 42, 2; Orelli 1872). Lendinarae vult se vidisse Iac. Cattaneo sive solitarius Lendinarae p. 65 libri inscripti sic: *Progressi composti overo brevissimo ristretto dello stabilimento felice dell' Accademia de' Composti fondata nella fedelissima città d' Antenara, detta Lendara sul Polesine di Terraferma,* qui prodiit a. 1708 mihique visus est Venetiis in bibliotheca Marciana. A prioribus Furlanettus p. 43 n. 43 cf. p. 518.

Versuum ordinem ex antiquis servant Gammarus et Lilius. — 2 SACRVM, ut est in lapide, unus Lilius. — 5 sic Red. et Pinelli, VALERIV/// ego, VALERIVS reliqui. — Cattaneo corrupit sic: ISID | SACR · EX · MONIT | EIVS · ANTENOR · D · D; scilicet ut Lendinarae sive Antenarae suae Antenorianam originem inde stabiliret.

485 lapis exiguus et evanidus. Capodistriae in moenibus vel in episcopio CARLI, qui extare negat. Extat tamen *alla loggia.*

SI|*luano*
AVG · SA|*cr*
Q · APPVLE|*ius*
*e*PAGATH|*us*
V · S · L · M|

Contuli. Habet praeterea Carli solus apud Mur. ms. et apud Calogerà 28, 270 et ant. 2, 146 ex schedis Prosperi Petronii; ex Carlio Donat. 60, 2 et Kandler n. 453.

1. 2 D · I .... | AVGVS · A ... Carli, DIANAE | AVGVSTAE Kandl. — 4 /PAGATH| ego, L · PLACAT · H Carli.

---

486 Paugnani prope Capodistriam sub quercu vetusta rep.; museo Tergestino dedit d'André.

C · TITIVS · C · F ·
VOLT · VIENNA
VETERANVS
LEG · XV · APOL

Descripsi. Ed. Kandler n. 468.

---

487 Capodistriae in episcopio in lapide muro inserto TOMM. Nunc in pavimento seminarii quod fuit.

PVP · FORENS
VM · XXIII
VS · ORDINE · IVRA

Contuli quod superest. Habent Tommasini Istr. ms. p. 476, ed. p. 332 (inde Carli ant. 2, 61) et Kandler ms. et n. 464.

1 servavit solus Tommasinius.

---

488 Capodistriae MANZ. TOMM. *alla porta australe del duomo* CARLI APUD MUR. *accanto alla loggia publica in piazza grande* CARLI ANT. Videtur periisse.

L · PVBLICIVS
SYNTROPVS
ARCHIGALLVS
V · F · SIBI · ET
H · M · H · N · S

Manzuoli Istr. 1611 p. 60 = arch. Triest. 3, 202; Tommasini ms. p. 473, ed. p. 330 (cf. p. 50); Carli apud Mur. ms. et ed. 2099, 5 et apud Calogerà 28 (1743) p. 244 et ant. 2, 113 (inde Donat. 77, 3; Kandler n. 466).

2 SINTROPVS Tomm. — 4 ET Carli, om. Manz. Tomm.

---

489 inter Iustinopolitanas FELIC. Iustinopoli VAT. 5250. Capodistriae *trovata in vescovato in una finestra della stalla* TOMMASINI. Nunc in aula episcopii CARLI. Hodie *alla loggia.*

SEX · BRINNIARIVS
CERTVS
VOTÓ · COMPOS · PECVN
SVÁ · PORTIC · FÉCIT · LON · P · C

Contuli. Habent ex antiquis unus Felicianus (Marc. n. 25, Ver. n. 25); deinde Tommasini Istr. ms. p. 476, ed. p. 332; Carli apud Mur. ms. et ed. 2012, 5 et apud Calogerà 28 (1743) p. 230 (cf. p. 239) et ant. 2, 147; Kandler inscr. n. 455. Interpolatam habet cod. Vat. 5250 f. 56.

1 BRINIARIVS, 3 PECVNIA, 4 PORTICVM · FECIT · LONGVM · P · C · S · C · P · E · C Felicianus. — Cod. Vat. 5250 sic corrupit: G · SERGIVS · NOVELLVS · BASSVS · EX · SVA · PEC · POR · F · L · P · C · P · C · L · P · C.

---

490 Capodistriae in episcopio CARLI; sub porticu KANDL.

L · M
L · A · P
IN · F · P · XVII
IN · A · P · XXII

Carli apud Mur. ms. et apud Calogerà 28, 271 et in ant. 2, 274 (inde Kandler n. 459); denuo ex lapide Kandler ms.

L · M ... | L · AP ... | IN · F · P · X | IN · A · P · XX Carli.

---

491 Paugnani; periit.

P · ACISINVS · C · F
VENETVS
CALLA · VXOR

Kandler accepit exemplum ab homine inperito exceptum.

---

492 Iustinopoli apud ecclesiam S. Nicolai SIED. GAMM. Capodistriae *'ora serve di base ad un pilastro della scala maggiore nel cortile de' Sig. Petronj'* CARLI. In eadem domo adhuc extat. — Promontorii (nempe 'apud S. Nicolaum de promuntorio' cod. Ver., 'in promontoriis apud S. Nicolaum' Sanutus Bembi) SANUTUS in ordine Polensium. Polae tribuit KANDLER quoque ex coniectura. Belluni Ursatum hunc titulum collocare ait MUR. errans. Canusii REINESIUS, item errore; locus deest apud LILIUM.

D M
P · IIRIO VICTO
RI ANORVM
VIII · M · III
PARIINTIIS PI
IINTISSIMI

Descripsi. Ex iis qui pendent ab Antiquo Tergestino habent tantummodo Sieder n. 26 (inde Mur. 1160, 3); Gammarus fol. Trev. 7; Lilius f. 154' (inde Reines. 12, 70, ex hoc I. R. N. 684). Habet etiam Sanutus in cod. Ver., sed in ordine Polensium n. 64; item inter Polensia Bembus f. 86'. Denuo ex lapide Ursatus *marmi erud.* 1719 p. 140, cui misit Fr. Zeno episcopus Capodistriae (inde Mur. 1160, 3 in adnot.). Carli qui vidit ed. in Calogerà 28, 282 et apud Mur. ms. et ed. 2057, 10 et in antiq. 2, 257, ubi aere expressa est. Donat. 361, 10 ex Carlio; Kandler n. 461.

Optime Gammarus et Lilius, etiam versuum divisione formisque quarundam litterarum recte servata.